



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 1. Dissensio inter Constantini Filios.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)



# HISTORIA ECCLESIASTICA.

## LIBER XII.



S. JULIUS, PAPA.

CONSTANTINUS II. CONSTANTIUS,  
& CONSTANS, IMPERATORES.

§. I.

### *Dissensio inter Constantini filios.*

Tres Constantini filii, ut testamento Sæculum IV.  
jusserat Parens, Imperium divise- A. C. 337.  
runt. Constantinus primogenitus Euf. IV.  
Hispaniam, Galliam, & omnia, quæ citra c. 51.  
alpes sita sunt, cepit, Constans natu mi- Zosim. l. 2.  
nimus Italiam, Africam, Siciliam, & p. 691.  
Illyricum, Constantio natu secundo Aurel. Vite.  
Asia, Oriens, & Ægyptus cessere. Erat epit.  
ipsis Patruus, Julius Constantius nomi-  
ne,

Sæculum IV. ne, filius Constantii Chlorig, non illa, qui  
 A. C. 337. Constantinus, sed alia Matre natus, nempe

Theodora, ex qua Constantius Chlorus alium quoque filium susceperat, Dalmatium cognomento Hanniballianum hic sub Constantino Censor fuerat, & cedens duos filios reliquerat, Julium Dalmatium, & Claudium Hanniballianum. Constantinus Dalmatio Cæsaris Nomen dederat, atque Thraciam Macedoniam & Achajam regendam. Hanniballianus Regis titulum cum potestate in Cappadociam, Pontum, & Armeniam; isque Cæsareæ in Cappadocia sedem habebat.

Aliquamdiu post Magni Constantii obitum milites nemini, ut aiebant, præter filios ejus parere volentes, fratrem ejus Julium, & nepotes Dalmatium, & Hanniballianum occiderunt; has cædes Constantius secreto mandasse accusatus est, aut certe nimis leviter consensisse; alii Constantinum hæc præcepisse, antequam obiret, dixere; ut ut res se habeat, id ipsum novorum Imperatorum augendæ potentiæ profuit, Constantii quippe Ditionibus Thracia cum Cappadocia, Constantini Achaja, & Macedonia adje-

ctæ. Duo filii Julii superfuere diversis  
 Sozom. V. thoris nati, primus, nomine Gallus, et  
 hist. c. 8. Galla, qua etiam Constantii Imperatoris  
 uxor genita erat, secundus, nomine Ju-  
 lianus ex Basilina, filia Anicii Juliani,  
 illa-

illustri quidem stirpe, sed pagana. Ju-  
 venibus his Principibus despectos esse Ju-  
 Sæculum IV. A. C. 337.  
 profuit; Gallo quidem pepercerunt, Ammian  
 lib. XXII.  
 quod tunc ægrotaret, nec ita affecto cor- c. 320. c. 9.  
 pore diu vivere posse crederetur, Juliani  
 vita infra persecutorum curam fuit, quod  
 necdum infantiam esset supergressus, nec-  
 dum enim annum ætatis octavum attige-  
 rat, natus Constantinopoli sexta Novem-  
 bris anno 332. Pacatiano, & Hilario  
 Consulibus, unde dispicitur, Constanti-  
 ni morti, & fratris ejus, atque nepotum  
 cædi aliquot annorum spatium interces-  
 sisse. Eusebius Nicomediensis educan-  
 dorum Galli, & Juliani curam in se susce-  
 pit, quia Basilinam Juliani Matrem cogna-  
 tione remota contingebat. In Cappa-  
 dociam ad quemdam locum, Marcellum  
 dictum, prope montem Argæum deducti  
 sunt, ubi domus Cæsaris erat, magnificis  
 thermis, fontibus hortisque exornata.  
 Præceptores juvenibus dati, qui eos in  
 litteris, scientiis, & exercitationibus,  
 huic ætati convenientibus, informarent;  
 etiam litteras sacras edocti, cum pronos  
 ad pietatem animos ostenderent, Cleri-  
 cis adscripti sunt, & ordine Lectorum in-  
 signiti.